Inſomnem, centumq́; oculos ac lumina centum
Pandentem, & niveæ ſervantem paſcua vaccæ.
Argus enim cœlum eſt: vigilantia lumina flammæ
Ætheriæ, & vario labentia ſidera mundo;
Quæ paſſim multa ſubluſtris noctis in umbra
Collucent, ſed mox Phœbo exoriente perempta
Torpent luce nova, & candenti lampade victa
Emoriuntur, & obſcuro conduntur Olympo.

Naias una fuit, nymphæ, &c.

Fabula de Syringe & Pane ad hiſtoriam pertinet, eſtque confiсta ex alluſione nominis. Pan enim fiſtulam primus invenit: & Syrinx ſignificat fiſtulam. Syrinx.

FABVLARVM POETICARVM P. OVIDII METAMORPHOSI DESCRIPTARUM

INTERPRETATIO ETHICA Physica & Hiſtorica

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER II.

FAB. I. REGIA &c. De Phaethonte.

Phaëthon fingitur è curru paterno deciđiſſe.

PHaethon teſte Luciano, fingitur Solis filius & decidiſſe è curru paterno, eo quod inveſtigavit curſum Solis, præ-